



## **Consilia Seu Responsa Juris**

**Schmalzgrueber, Franz**

**Augusta Vindelicorum & Ratisbonae, MDCCXL**

Cons. XXXII. Sepulturæ, quam circa Alumnos suos prætendit Seminarium  
Linciense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72287](#)

## C O N S I L I U M XXXII.

In Causa Sepulturæ extra Coemeterium  
Ecclesiæ Parochialis.

## S U M M A R I U M.

1. seqq. Facti Species.
7. seqq. Rationes, ex quibus Alumni Seminarii Lincensis videntur sepeliri debere in Ecclesia Parochiali.
12. seqq. Asseritur Jus Sepultura in Ecclesia Seminarii: quia hoc est exemptum, sicut Collegia Societatis JESU.
15. Familiares & continui Commensales Regularem sepeliri possunt in horum Ecclesiis.
16. Referuntur Privilegia variis Ordinibus concessa:
17. Quibus gaudent etiam alii per Communicationem.
18. Hoc Jure gaudent Domicilia, etiam si eorum Incola ibi non habeant stabile Domicilium, vel non sit formatus Conventus Regularium.
19. Sepultura dependet ab Administratione Sacramentorum.
20. Exempla aliorum Seminiorum.
21. Juri communi prævalent singulare Privilégia.
22. Peregrini in Monasteriis mortui, sepeliendi sunt in Parochia, nisi obstant Privilégia.
23. Ubi quis habet quasi Domicilium, ibi potest sepeliri.
24. Etiam quoad Sepulturam Peregrinorum habent Religiosi aliqua Privilégia.
25. Seminaria Alumnorum externorum, qui reguntur à Superioribus Societatis, gaudent Jure Sepultura, si habeant proprium Templo.

## F A C T I   S P E C I E S .

I.

**D**icitur Am sub auspiciis glor. mem. Augustissimi Imperatoris Josephi I. ac sub cura, & directione Patrum Societatis JESU, Lincii, Civitate superioris Austriae, Diœcesis Passaviensis erectum, & institutum fuit Collegium, seu Seminariu sub Titulo, & denominatione SS. trium Regum, in eum finem, ut in eo nobilis, ingenua, & maioris spei Juventus, ad Orthodoxam Fidem conversa, vel ulteriore Missionariorum opera convertenda ex tribus Regnis Septentrionalibus, scilicet Sueciâ, Danâ, & Norwegiâ, eisdemque respectivè subjectis Provinciis, & Statibus oriunda, purâ, & Catholicâ doctrinâ, pietate, probis, honestisque moribus, bonis quoque artibus, & scientiis, Orthodoxæ Fidei dilatanda, illisque in Partibus promovenda maximè necessariis, imbuatur.

2. Hoc Collegium, seu Seminariu Augustissimus Imperator Carolus VI. hodie gloriissime regnans, non modo Cæsareo suo Patrocinio tuendum suscepit, verum etiam certis annuis redditibus ita liberaliter auxit, ut quod huic piae Causæ ex sola Augustissima Domus Austriae munificâ, & pietate obvenit, jam valorem 40000. fl. excedat. Cujus exemplo non pauci tum Ecclesiastici, tum Sæculares S. R. I. Principes, ipsique Status Superioris Austriae moti, vel determinatos in finem prædictum Alumnatus instaurunt, vel certos annuos redditus piè, &

liberaliter impartiti sunt, ut jam ibidem non contempnendus Alumnorum, & Ministrorum numerus manuteneri valeat, & si quid supererit, in Missionariorum pro dictis Regionis, & Provinciis sustentationem impendi possit.

Hanc tam piam, & sanctam Fundacionem, cùm de ea innotuisset Sanct. mem. Papæ Clementi XI. idem Sanctissimus summoperè commendavit, tantòque, tamque singulare gaudio intentionem istam exceptit, ut, cùm Collegium istud toto in Orbe pro vastissimis illis Regionibus, cæteroquin nec per mores, nec per scientias incultis, unicum, & primum esset, aliud ipse designarit Romæ ad sanctæ Birgittæ, in quo præstantiora, ex hoc proditura, Subjecta propriis ex ipsa Sede Apostolica magnos illos Spiritus Apostolicos haurirent animos, qui ut in terras illas, omni spirituali ope hactenus destitutas, proprio etiam sanguine, si opus foret, irrigandas, cum exultatione irent, Alumnos ibi educatos propellerent. Nec sterilis tuit hic ejusdem Sanctissimi in dictum Collegium SS. trium Regum affectus; nam, ut ad perfectionem illico promoveretur, vehementer ursit, & cùm illius Fabrica ad amplitudinem ædificii jam redacta, item Ecclesia illius, specie templi Bethlehemitici referens, officinæ, cubicula, aliquæ pro commoda, & decente Alumnorum, Ministrorum, aliarumque personarum, in eodem Collegio, seu Seminario degentium, habitatione, ac pro regimine, gubernatione, & servitio dicti Collegii, seu Seminarii necessaria, absoluta, ipsunque Collegium,

legium, seu Seminarium prædictum necessariae supellecilibus provisum fuisset, edita super hoc Bullâ Apostolicâ, quæ incipit *Pastoralis* die 12. Jun. 1715. motu proprio, non ad alicujus sibi super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, de Apostolicae Potestatis plenitudine, suo, & Sanctæ Sedis perpetuo munimine roboravit, & amplissimis Privilegiis instruxit.

4. Inter cetera ejusmodi Privilegia, & gratias Apostolicas laudatus Sanctissimus idem Collegium, seu Seminarium, Alumnos, & personas in eo degentes, uti cetera Societatis JESU Collegia, Domus, & Ecclesie ab Ordinarii visitatione exempta sunt, & immunitia, etiam ab Ordinarii loci visitatione exemit, & liberavit, dictumque Collegium, seu Seminarium, ejusque Alumnos, & personas ceteras Provincialis, seu Visitatoris dictæ Societatis in Austria, qui ab ejusdem Societatis Præposito Generali pro tempore deputabitur, ordinariæ, extraordinariæ vero Illustrissimi Nuntii Apostolici, pro tempore in partibus illis commorantis, visitationi subjecit.

Insuper eidem Collegio, seu Seminario, Alumnis, aliisque personis in eo degentibus concessit, ut omnibus, & singulis Privilegiis, antelationibus, præminentius, prærogativis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, Indultis, Indulgencie, favoribus, & gratis universis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alia Collegia, & Seminaria ejusdem Societatis, in illis partibus erecta, in genere, & in specie, etiam per viam simplicis communicationis, ac alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, similiter, & pariformiter absque ulla differentia, uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valcent, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si illa predicto Collegio, seu Seminario, illiusque Rectori, Superioribus, Ministris, Alumnis, aliisque personis predictis specialiter, & expresse concessa, & clargita fuissent.

6. Hac Bullâ Pontificiâ nixi, Patres Societatis, qui idem Collegium, seu Seminarium regunt, cum nuperime primus ex eodem Collegio Alumnus defunctus esset, ejusdem cadaver tumulo Templi, eidem Collegio proprii, intulerunt. Proinde

## QUÆRITUR.

An Seminarium vi dictorum  
Privilegiorum sine præjudicio Ecclesia Pa-  
rochialis Jus Sepulturae sibi arro-  
gare posse?

7. DUBIUM moveri potest. 1. Quia Parochi habent Juris Assistentiam pro se, & sua, Ecclesia; nam de Jure is, qui sepul-

*Rationes Dubitandi.* *P. Schmalzgrueber Consil. Tom. I.*

teram majorum non habet, neque aliquam sibi elegit, sepeliendus est in propria Parochia, ubi domicilium habet, & Sacramenta, cæteraque Divina percepit, juxta

C. nos instituta. 1. de sepultur. Et c. animalium. eod. in 6.

Neque requiritur ad hoc, ut ille in tali loco habuerit verum domicilium, sed sufficit, ut communior cum

Sà V. Parochus, n. 2. Sanch. lib. 3.  
de Matrim. D. 23. n. 13. Pirhing.  
ad tit. de sepult. n. 7. Wiestner ibid.  
num. 37.

notat, si ibidem naectus sit quasi domicilium, scilicet, si in illum locum se contulit animo non quidem perpetuo ibi manendi, sed ad tempus tamen non breve, v. g. per unum annum, vel majorē anni partem, ut sunt Literarum Studiosi, famuli conductiti &c. Patrocinatur huic sententiae tam consuetudo, quam etiam ratio; qui enim tali animo in ejusmodi locum sedent, contrahendo quasi domicilium pro eo tempore, quo ibi morantur, Parochianus ejusdem efficiuntur, ita, ut Parochus illius loci Sacraenta Pœnitentia, Evcharistia, & extremæ Unctionis ipfis administrare, imo & Matrimoniis illorum, dum ibi actu versantur, assistere valeat, prout colligitur ex

Can. quesiti. 46. caus. 16. q. 1. Et c. fin. de Paroch.

2. Alias etiam Advenæ, & Peregrini, decedentes in monasteriis, sepeliri possent in Regularium Ecclesias, quod tamen, ledibus specialibus Privilegiis, & in sepulturam ibidem elegerint, fieri non potest, ut notant

Pignatell. tom. 4. consult. 199. n. 15.  
Eminentiss. Card. Petta tom. 2. Com-  
ment. fol. 277. n. 49. prop. fin. & facit  
Rota Decis. 348. part. II. recent.

Ratio utrobique est eadem; quia vel habent pro Parochia illam originariam Ecclesiam, à qua discesserunt, vel si vagi sint, & nullum domicilium, vel quasi habent, subduntur Parochiæ, in qua monasterium existit; monasterium enim, licet exemptum, dicitur adhuc esse in illa Parochia, ut supponit S. Congregatio Concil. in Decreto quodam 19. Septembr. 1637. ibi, Parochio, intra cuius fines monasterium existit, reluctante &c. Et sic ejus Parochia esset illa Ecclesia, in cuius finibus existit monasterium.

3. Accedit, quia quoad recipientes se ad monasterium, ipsum monasterium in ordine ad sepulturam non habet majus Jus, quam habet Parochia alia, ad quam quis se recipit ex sua propria Parochia. Atqui decedentis in tali Parochia, ad quam se advena ad tempus recepit, cadaver de Jure communi deferri debet ad ejus propriam Parochiam, & in ea tumulari, nisi illud ad hanc transportari commode nequeat; quia mutatio habitacionis non solvit subjectionem à proprio Parochio, nisi habitatio ista talis sit, ut indu-

I i 2

cat

8.

9.

cat Jus in Parochia , in qua ille decessit , scilicet per tempus considerable , ut latè

Rota Decis. 348. n. 3. part. II. recent.

Igitur neque monasterium quoad eum , qui in illo decedit , prætendere Jus Sepultura potest , præfertim cum talis adhuc maneat in Parochia , intra cujus fines monasterium tale situm est , ut ratiocinatur

Passerin. de Stat. homin. tom. 2. q. 185.

art. 4. n. 229. & notat Eminent. Pe- tra tom. 2. comment. fol. 275. n. 47.

Et in his terminis procedit resolutio data à S. Congregatione

In Ravennatenſi 20. Jan. 1674.

ibi , ſpectare ad Parochias deferre cadavera eorum , qui in monasteria recepti , ſepulturā non electā , defecſerant.

10. 4. Concordant alia adhuc Declarationes Cardinalium Concilii , præfertim

In Monopolitana apud Matthæucc. in Official. Cur. Eccl. tom. 1. c. 20. n. 5.

ubi eadem S. Congregatio declaravit , non licere Fratribus , absque licentia Epifcopi , vel Parochi administrare Sacra menta Adveniis , qui in eorum Conventibus infirmantur , & si decadant , non poſte ipſos ſepeliri in eorum Ecclesiis . Et in genere de Regula tibus

In Ripana ad c. 11. ſeff. 25. de Regulari apud Pascucc. in Compend. ad Consult. Canon. Jacob. Pignatell. p. 2. tit. de Re gulari. fol. 290. & refert Card. Petra. l. cit. fol. 276.

eadem S. Congregatio universaliter repon dit , non licere Regularibus commoranti per aliquot dies , ibique defuncto in eorum Con ventu , absque licentia Parochi , omnia Sacra menta administra re , & in eorum Ecclesia dare ſepulturam . Proinde in caſu iubrato deberet Collegio , seu Seminario Linciensis SS. trium Regum hoc Jus ſepeliendi in sua Ecclesia datum fuſſe per ſingulare Privilegium : de quo tamen non ſatis conſtat ex Bul la Clementis XI. Num. 3. allegata ; nam

11. 5. In hac Bulla ne verbulo quidem fit ual mentio de Jure ſepeliendi Alumni , ibi de functos , in ejusdem Collegii Ecclesia pro priâ ; nam in cit. Bulla tantum eximuntur Alumni iſti , & perſonæ ibi degentes cum ipſo Collegio , seu Seminario prædicto à vi ſitatione Ordinarii , & communicantur Pri vilegia alia , & indulta , quibus cætera , in iſtis partibus erēcta Collegia , & Seminaria Societatis JESU gaudent , & fruuntur : quæ verba videntur intelligi non de Collegiis , & Seminariis , in quibus ſoli Noſtri in Novitiatu , aut Studiis exercentur , ſed ubi degunt Alumni extermi , de quorum Privilegiis non ſatis conſtat . Certè Convictus Provinciæ Superioris Germaniæ , puta Convictus Di linganus , & Ingolſtadiensis , Jus ſepeliendi Alumni , & Convictores ibi defunctos , relinquunt Parocho loci . Sed hiſ non ob ſtantibus ,

12. Rationes Deſtendit Ad Quæſionem propositam non immag in

ritò respondetur affirmativè , ſcilicet in caſu iubrato Alumni , in Collegio , ſeu Seminario ſep̄ memorato defuncti , corpus potuisse ſepeliri in Ecclesia præfati Collegii , ſeu Seminarii . Et primò quidem ratione exemptionis ; nam dictum Collegium , ſeu Seminarium cum perſonis in eo degentibus merito dici potest exemptum à Jurisdictione Epifcopi Dieceſani , qui eft Parochus Parochorum in ſua Dieceſe . Ergo eadem perſonæ , & Collegium etiam exempta ſunt à Jurisdictione , & potestate Parochi , quippe qui aliam vi Jurisdictionis ſuæ Parochialis potestatem in degentes intra ſuam Parochiam habere non potest , quam illam , que ipſi in Institutione authōrizable ab Epifco po traditur . Cum igitur in præſenti Hypo theſi ipſe Epifcopus in perſonas , intra præfatum Collegium receptas , tanquam ſpecialiter exemptas , Jurisdictionem non habeat , & nemo dare poſſit , quod non habet , etiam Parochus loci in eis neque in vita , neque poſt mortem in ordine ad ſepulturam , ſi ibi defungantur , quidquam Juris poſte prætendere .

Quod verò memoratum Collegium , ſeu Seminarium SS. trium Regum exemptum omnino ſit à Jurisdictione Ordinarii loci , videntur colligi 1. Quia exemptum eft ab ejus Viſitatione , ut diſtum eſt Num. 4. quod Jus viſitandi aliás in non exemptos cuivis Ordinario competit . 2. In Bulla , Num. 3. allegata , Rectori , & Superioribus prædi cti Collegii , ſeu Seminarii , nunc , & pro tempore existentibus , conceditur , ut diſ ferentias , lites , & controverſias , inter qua cunque perſonas tam Alumnorum , quam Ministrorum prædicti Collegii , ſeu Seminarii hujuſmodi tam Clericorum , quam Laicorum exortas , ſummarie , ſimpliciter , & de plano , ſine figura , & ſtrepitū judicii , & quidem , ut expreſſe additur , appellatione quacunque remota , decidere , definire , ac terminare poſſint , & valeant . Que duo iudicia , faltem ſimil sumpta , cum non ap pareat illa ſtare poſſe cum iubratione ra tione Jurisdictionis ad Dieceſanum Epifcopum , videntur concludenter probare , quod extra caſus , in quibus iſte adverſus exemptos procedere poſte Jure delegato , plena Exemptione eidem Collegio , & per ſonis in eodem degentibus competit , ſicut illa competit Collegiis Societati propriis , aliisque Domibus , in quibus Socii habitant . Si verò ſequela haec velit in dubium trahi ,

Probationem plenam Exemptionis complebit 3. Quia Societas nullum Collegium , vel Seminarium juxta Institutum ſuum gubernandum uſcipit , niſi plenè exemptum ſit à potestate Ordinarii loci , & quidem non aliter , ſed eo prorsus modo , quo ipſa Collegia , & Domus ejusdem Societatis exempta ſunt . Et hanc exemptionem intellexi fe videtur Sanct. mem. Clemens XI. in di cta ſua Bulla , dum ibi Collegium , & Se mina

minarium præfatum, ejusque Ecclesiam, Ministros, aliasque personas in eo degentes NB. Sicut cetera Societatis JESU Collegia, Domus, & Ecclesia ab Ordinarii visitatione exempta sunt, & immunita, etiam ipsum, & ipsas exemptas, & liberas pronuntiavit. Sicut ergo Societas quoad sua Collegia Domus, Ecclesias, & personas plenâ libertate à Jurisdictione Ordinarii gaudet, ita etiam memoratum Collegium, & personæ, juxta Institutum ejusdem Societatis administrandum, & regendæ simili libertate gaudere debent. Neque enim verba Bullæ prædicta, & Exemptio, Collegio Lincensi memorato per Bullam istam ad normam aliorum Collegiorum &c. indulta, intelligenda duntaxat censentur in comparatione Collegiorum, & Seminariorum erectorum pro educatione Scholarium tantum externorum, existentium sub administratione Patrum Societatis, sed de ipsis Collegiis, & Domibus eidem Societati propriis; nam etiam intra hæc Collegia, & Domos per institutum ejusdem Societatis admitti possunt Scholaræ externi, ut patet ex Confit. p. 4. c. 3. in Declar. Lit. B. in princ. ibi. Si in Collegiis Societatis Scholaricorum non suppetteret justus Numerus, qui per promissionem, & propositum D E O in eâ serviendi se dedicaverint, non repugnabit Instituto nostro, ex licentia Præposui Generali, & ad tempus, quo ei videbitur, alias pauperes Scholaristicos, qui tale propositum non habeant, admittere &c. Proinde ut ista, ita & dictum Collegium Lincense ad instar quoad effectus omnes, iisdem Societatis JESU Collegii competentes, exemptum erit, ita, ut unicæ Apostolicæ Sedis, & Nuntiorum ejus Jurisdictioni subdatur. Neque obstat, quod juxta tenorem Bullæ Apostolicæ allegata dicto Collegio Lincensi communiciantur Privilegia, cum Claustra, quibus alia Collegia, & Seminaria ejusdem Societatis NB. in illis Partibus ercta gaudent, & hæc Collegia defacto intra Domos suas non habeant Scholaræ externos; nam per Institutum Societatis illos habere possunt. Cum ergo in eadem Bulla addatur: Quibus gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, etiam præfatum Lincense Collegium hujus favoris particeps esse poterit.

15. 2. Et specialiter quoad Sepulturam probatur responsio Num. 1.2. data; quia ii, qui sunt addicti Monasterii servitio, & alii familiares, si habeant requisita Bullæ Gregorii XIII. incipit Circumpœcta. 67. §.2. scilicet, ut vivant in Conventu, & sub obedientia Superioris Regularis, ac actu servant, & sint continui commensales, quamvis habeant electionem Sepulturæ, quia non parent velle, & nolle, si tamen non elegerint, possunt sepeliri in Ecclesia Regularium, & ante mortem extremis morientium Sacramentis muniti, cuiuslibet licentiâ ad hoc minimè requisita, ut cum communī notant.

Paster, in tom. I. de Stat. homin. q. 187.

art. 4. à n. 228. Eminent. Petratom. 2. comment. ad Confit. 9. Innocent. III. n. 42. ¶ ij autem.

Neque requiritur ad hoc verum domicilium, sed sufficit habitatio cum animo per tempus notabile.

Gratian. discept. forens. 94. n. 74. Barb. Jur. Eccl. I. 2. c. 10. num. 33. Sperell. decis. 87. n. 5. Eminent. Petratom. cit.

Neque etiam opus est, ut sint Conventus formati, ut Ecclesia Regularium Jus hoc sepulturæ ex Privilegio habeant, ut respondit S. Congr. Episc. & Regular. in Medio lanensi, & declaravit eadem Congregatio anno 1593.

Tale Privilegium PP. Dominicanis concessit Gregorius XI.

apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. I. Confit. 7. incipit Virtute conspicuos.

Fratribus Minoribus S. Francisci, qui Conventuales dicuntur, Innocentius IV.

apud eundem Cherubin. cit. tom. I. Confit. 7. incipit cum tanquam. & refert Confettiū de Privil. Regular.

Ordini Minimorum S. Franc. de Paula Leo X. Confit. 4. incipit, iis qua, apud Peyrin. de Privil. Regul. fol. 114. Lezan. Summ. QQ. Regul. tom. I. part. 2. c. 16. n. 11. Roderic. Collect. Privil. Regul. tom. 2. Bull. 47. Leonis X.

Clericis Regularibus Theatinis S. Pius V.

per Bullam, incipit, ad immarcessibilem, editam Idibus Februarii 1567.

juxta quam idem Patres possunt ministrare Sacramentum extrema Unctionis non solum suis, sed & mercenariis famulis, operariis suis, & quibusvis hospitibus, etiam secularibus, & extraneis, quos in locis, & habitationibus eorum reperiuntur contigerit, etiam Diœcesanorum, & Sacerdotum Curatorum, aut aliorum quorumcunque licentiâ minimè requisita. Et hoc ipsum Privilegium non tantum per communicationem cum PP. Theatinis, & aliis Religiosis Ordinibus competit Societati JESU, sed etiam expressè eidem concessit Paulus III.

In Bulla, incipit, licet debitum apud Cherubin. Bullar. tom. I. confit. 48.

indulgens eidem, ut iis, qui in ipsorum Præpositorum, & Sociorum ejusdem morantur obsequiis, cuncta ministrare Ecclesiastica Sacra menta, ipsosque (cum decedunt) in eorum cœmeterio sepelire possint.

Imo hoc Jus familiaribus commensalibus administrandi omnia Sacra menta, eosque, si apud eos decesserint, sepeliendi in suis Ecclesiis, & cœmeteriis, licet certis tantum Religionibus initio concessum sit, quia tamen deinde accessit Generalis communicatio Prævigatorum, prodest etiam aliis Mendicantibus, & ceteris habentibus istam communicationem, ut notant.

Murga ad Conf. S. Benedict. Conf. 6. Sect. 5. n. 185. à Spiritu sancto Direct. Regular. p. 1. tract. 2. D. 3. sect. 3. §. 2. num. 3

num. 112. Samuēl. de sepult. disq. 4.  
Controv. 15. n. 16. 17. & 18. ¶ quem-  
admodum.

Quodque Jus administrandi omnia Sacra-  
menta omnibus degentibus intra Monaste-  
rium, & ibidem eos sepeliendi sit penes Re-  
ligiosos, communi consensu dixerunt

Novar. in *Lucern. Regular. V. Eucharis-  
tia. n. 5.* Suar. tom. 4. de Relig. tract.  
10. lib. 9. c. 4. num. 16. Rodriq. QQ.  
Regul. tom. 2. q. 68. art. 1. ¶ explicari.  
Dian. tom. 7. tract. 1. resol. 88. num. 6.  
Mirand. in manual. p. 1. q. 49. art. 1. in  
fin. Bonacin. tom. 1. de Sacram. D. 4.  
q. 7. p. 7. n. 10. ¶ hoc tamen. Barbos.  
de potest. Paroch. c. 20. n. 8. Tambur.  
de Jur. Abb. tom. 2. D. 7. q. 3. Graff.  
lib. 3. c. 22. n. 29. Peyrin. ad Confit.  
Minimor. tom. 1. ad Confit. Jul. II. §. 37.  
n. 92. Lezan. in *Mar. Magn. Carmelitar.*  
Et tom. 2. V. sepulitura quoad Regulares.  
n. 10. Lantufca Theat. Regul. V. Ec-  
clesia. n. 8. Joan. de la Crux de Pri-  
vileg. lib. 3. c. 5. dub. 4. à Spiritu Sancto  
l. cit. n. 3. 17. 40. 41. & seqq. Bordon.  
Oper. moral. tom. 1. Conf. 48. Hieron.  
Rodriq. in *Compend. QQ. Regul. resol.*  
64. num. 1. Capon. tom. 1. discept. 2.  
n. 21. & seqq. Lainez. tom. 4. tract. 10.  
q. 22. n. 2. in fin. allegati ab Eminent.  
Pētra cit. tom. 2. Comment. num. 45. ¶  
tertiō.

Ratio est, quia isti familiares, conviventes  
cum Religiosis videntur translati aliquo modo in  
eorum familiam, & sic dicuntur esse extra  
territorium Parochi, in territorio à Jurisdi-  
ctione ipsius exempto. Unde nullum Jus  
potest considerari in illo, & sicut Parochus  
nullum Jus habet circa defunctorum, qui obi-  
ret in aliena Parochia, ita si obeat in Mona-  
sterio, cui accidit exemptione localis.

Peyrin. cit. Conf. 2. Julii II. §. 37. n. 49.  
Samuēl. dict. Controv. 15. n. 40. Card.  
de Luca de Paroch. discurr. 23. num. 3.  
Rota decis. 348. n. 3. part. II. recent.

Addintque, his Privilegiis non fuisse deroga-  
tum, vel saltem illa post Concilium Trid.  
fuisse denuo confirmata. Proinde, cum  
Alumni Collegii, seu Seminariorum trium Re-  
gum sint continui commensales Patrum illud  
Regentium, & vivant sub obedientia illo-  
rum, etiam si in eo Collegio decedant, gau-  
debunt jure Sepuliturae in Collegiis præfati Ec-  
clesia, etiam irrevocabile super hoc Parochio  
loci. Neque obstat, quod in eo Collegio  
non habeant stabile domicilium, sed post  
absoluta Studia reddituri sint in suam patriam;  
item, quod ibi non sit formatus Conventus  
ex dictis Patribus, sed tantum exiguis, &  
talis numerus eorum ibi habet, quantus  
scilicet requiritur ad gubernationem illorum,  
qui ibi degunt, Alumnorum, & Ministro-  
rum; nam, ut dictum est Num. 15. ad ob-  
tinendum Jus suscipiendo à dictis PP. Sacra-

menta, etiam extrema Unctionis, & ad ob-  
tinendam in Ecclesia dicti Collegii Sepul-  
tum neutrum requiritur. Confirmatur ulte-  
rius, & roboratur data Num. 12. responsio.

3. Quia, cum familiaribus, & continuis  
commensalibus Religiosorum Sacra-  
menta administrentur à Superiore Religionis, ex-  
cluso Parochio, etiam ibi sepeliendi sunt,  
cum maximam dependentiam habeat Sepul-  
tura ab administratione Sacramentorum, ut  
ponderavit

Rota decis. 348. n. 9. p. II. recent.  
Et sic ab uno ad alterum bene arguitur, & in-  
de concludi optimè potest, concessio uno,  
etiam concessum esse secundum.

Lezan. tom. 3. V. sepulitura quoad Regu-  
lares. n. 49. Donat. Prax. rer. Regul.  
tom. 2. tract. 10. q. 22. n. 1. ¶ ex quo  
Privilegio. Samuēl. Controv. 15. cit.  
num. 57. & seqq.

Ratio est, quia isti familiares, conviventes  
cum Religiosis, ut dictum Num. præc. aliquo  
modo translati sunt in eorum familiam, &  
sic, cum habeant Jus recipiendi Sacra-  
menta intra Monasterium, vel Collegium, intrat  
eorum præsumpta voluntas electionis Sepul-  
turae, non feci, ac pro Ecclesia Parochiali  
militaret præsumptio, si, non electa sepul-  
tura, decederent in loco, eidem Parochiali  
Ecclesiæ subiecto.

Dian. p. 5. tract. 3. resol. 109. Portell.  
V. sepulitura. num. 2. Passerin. de Sta.  
hom. tom. 1. q. 187. art. 4. n. 45. Nicol.  
p. 1. lib. 4. tit. 15. Eminent. Pētra tom.  
2. cit. fol. 275. n. 45.

4. Habemus exemplum in duabus Col-  
legiis Externorum Græci erec̄tis, & ad-  
ministratiōni Patrum Societatis JEsu commis-  
sis, uno fundato à Serenissimo Archi-Duce  
Carolo, altero Cæsareo - Ferdinandeo, cu-  
jus utriusque Alumni, Convictores, ceteri  
que domestici, prout in Responso, propriā  
manu subscripto, & appressione sigilli Aca-  
demici muniti, attestati sunt Rector Col-  
legii, & Universitatis, Cancellerius, &  
Decanus Sacre Facultatis ibidem, liberrimē,  
ne salutato quidem ea super re Parochio (nisi  
solenni cum pompa, & majori apparatu,  
per publicas urbis plateas deducendum esset  
funus) in Templo Academicō Societatis  
JEsu sepeliuntur. Nec erit difficile invenire  
Exempla etiam aliorum Collegiorum, &  
Seminario rum, qua plena exemptione gau-  
dent, & propterea Alumnos suos, si in iis  
decendant, sepeliendi Jus, Parochio exclu-  
so, habent. Quare, si quis etiam contra di-  
cta Num. 14. contendere vellet, per Colle-  
gia, & Seminaria Societatis in Bulla Sancti-  
fimi Domini Nostri Clementis XI. pro Con-  
firmatione Collegii SS. trium Regum sepulis  
allegati emanata, solum intelligi Seminaria,  
instituta pro Externis Scholaribus, adhuc ta-  
men dicto Collegio salva foret immunitas,  
& Jus sepeliendi Alumnos suos in propria  
sua Ecclesia; cum enim, stante hac interpre-  
tatione,

tatione, Privilégia omnia, quibus alia ejusmodi Collegia, seu Seminaria, in his partibus erecta gaudent, huic etiam Collegio, seu Seminario Sanctissimus ad instar contulerit, etiam ipsum eodem Privilégio gaudebit, gauderéque poterit: & hoc eō magis, quia idem Sanctissimus in Bulla, Num. 3. allegatā, dicto Collegio, seu Seminario communicavit etiam illa Privilégia, quibus alia Collegia, seu Seminaria Societatis uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ut adeo præfato Collegio competant etiam illa Privilégia, quibus alia similia de facto ob quamcunque causam non utuntur, si tamen iisdem vi Indulti sui Apostolici uti possent. Atque ex his patet Responso ad Argumenta opposita.

**21.**  
Responde  
tur ad Ra  
tiones du  
biandi.  
  
Ad 1. Et si Parochus habeat assistentiam Juris pro sepeliendis in Ecclesia Parochiali, vel cœmterio illius eorum corporibus, qui intra districtum istius decedunt, & habent in eadem Domicilium, vel quasi, aut omnino peregrini sunt, tamen hæc assistentia, pro Parocho militans, vires suas amittit, ubi aliud obtentum est Privilégio Apostolico, vel introductum consuetudine quadragena-riā cum titulo colorato, vel per immemo-rialē, prout decidit

Rota in Aretina Jurium Parochialium super manutentione 1. Julii 1701. coram Olmo.

Et sic in terminis consuetudinis, ut Ecclesia Cathedralis tumulet omnia cadavera Clericorum, sibi inservientium, et si in aliena Parochia deceperint, hanc consuetudinem esse servandam, ubi viget, respondit

Rota in Mantuana funerum. 5. Julii, 1694. coram Priolo, Et in Aretina cit.

In casu præsenti allegatur pro Jure sepeliendi Alumni suos, & commeniales tum exemptio dicti Collegii SS. trium Regum, tum Privilégium cum aliis Ordinibus Religiosis competens Societati, tum etiam consuetudo, quæ cæteris Ordinibus Religiosis, certis Ordinibus specialiter datum comunicatum, & ad illos ulterius extensus fuit; & demum etiam ipse tenor Bullæ, in favorem dicti Collegii editæ, & in genuino, Num. 14. insinuato, sensu intelle&ctæ.

**22.**  
Ad 2. Alia est ratio de Peregrinis, & Advenis, & aliis Sæcularibus, qui ad Monasterium tantum ad aliquot dies se receperunt, & ibi mortui sunt; nam hi, inspecto Jure communī, & præcindendo a specialibus Ordinum, & Monasteriorum Privilégis, sepeliendi probabilitus sunt, non in Ecclesia Monasterii, in quo deceperunt, sed in Parochiali, intra cuius territorium situm est tale Monasterium, si defunctus propriam Parochiale non habeat, vel comode ad eam deportari non possit, ut

Lavor. Elucubr. Canon. tit. 2. c. 12. n. 145. Pignatell. tom. 1. Consult. 306. Pafferin. tom. 2. de Stat. hom. q. 187.

art. 4. n. 230. Antonell. de Reginis Eccl. lib. 1. c. 12. n. 21. Trulench. de Jur. Paroch. c. 9. dub. 1. n. 5. Eminent. Petra tom. 2. Comment. fol. 275. n. 47. & seqq. Matthaeucc. Offic. Cur. Eccl. c. 48. n. 14. notant, & pluries declaratum est à S. Congr. nominatum in Ravennatenſi 20. Maij 1674. in Ripona 3. Nov. 1652. & novissimè 3. Febr. 1694.

In nostro casu agitur de Alumno, defuncto in Collegio SS. trium Regum, qui ad Studia ibi facienda, & absolvenda in illud receptus fuit, & propterea quasi Domicilium ibidem habuit.

Ad 3. Argumentum hoc procedit de iis, qui, antequam decederent, fuerunt in - & de Parochia, aut nullib[us], ut vagi, tempore mortis habuerunt propriam Parochiam. Aliud est de iis, qui, cum deceperunt, habuerunt Domicilium, vel quasi intra limites Parochia quidem, sed non extiterunt de Parochia, quia habuerunt Domicilium, vel quasi in loco exempto à Jurisdictione Parochiali, qualis est Monasterium, vel aliud simile Collegium, vel Communitas, quam Regulares incolunt, & gubernant. Argumentum melius sumitur à Studio, qui Studiorum causā degit extra locum, ubi Domicilium verum habet, & in eo decedit; nam hic, et si locus veri Domicilii vicinus sit, & propterea corpus defuncti commode illuc deportari posset, nisi hoc petatur à defuncto, vel ejus Parentibus, in loco Studiorum, Parocho loci veri Domicilii irrequiso, sepeliri potest. Ratio est, quia in hoc loco habuit quasi Domicilium, quod sufficit ad hoc, ut sepeliri ibidem possit. Paro ergo ratione, cum Alumni Collegii SS. trium Regum in hoc acquirant quasi Domicilium, & hoc Collegium, ut ostensum est hactenus, sit quidem intra, non tamen de Parochia Lincensi, si decedant in eo Collegio, non secus, ac si decessissent in Parochia alia, in qua habuerunt Domicilium, sepeliri in Ecclesia dicti Collegii poterunt, irrequiso Civitatis Lincensis Parocho. Neque contrarium concludi potest ex declaratione Sacrae Congregationis in Ravennatenſi cit. intelligenda enim est duntaxat de iis, qui in Monasterio recepti sunt tantum ad aliquot dies, & ideo ibidem neque quasi Domicilium habuerunt; horum enim Sepultra, si nullam sibi elegerint, præcisus specialibus Priviligiis, ad Parochos spectat.

Ad 4. Hoc ipso modo etiam explicandæ sunt aliae duæ declarationes Concilii Num. 10. allegatæ, ubi iterum exceptio fieri debet, nisi Monasterium, vel Ordo Religiosus etiam quoad hæc habeat speciale Privilégium: quale privilegium per Communicationem cum PP. Theatinis habet etiam Societas. Hinc in Compendium Privilégiorum ejusdem Societatis V. Extrema Unctio relata sunt verba, Ex Privilégio, concessio Clericis Regularibus, possunt


23.

24.

possunt nostri ministrare Sacramentum Extrema Unctionis, non solum Sociis, sed & Mercenariis, Famulis Operariis Societatis, & NB. quibusvis hospitibus, quos in locis, & habitacionibus Societatis tuuc reperiri contigerit, etiam Diaconorum, & Sacerdotum Curatorum, aut aliorum quorumcunque licentia minime requisita: & in casu, quo non daretur spatium perendi talem licentiam propter repentinam necessitatem, etiam quibuscumque aliis personis, intra, vel extra septa in articulo mortis constitutis.

Ex quo per argumentum deductum Num. 19. sequitur, etiam personas ejusmodi, nempe tam familiares, quam hospites, qui in Domibus Societatis decidunt, in ejusdem Collegii, Parochi licentia non requisita, sepeliri ex vi hujus Priviliegii posse. Multo igitur magis sepeliri in Ecclesia Collegii SS. Trium Regum poterunt Alumni, in eo decedentes, quippe quibus hoc Sepulturae Jus etiam ex alio capite, nempe quia sunt continui Commensales Patrum, dicti Collegii Praesidum, competit.

Ad 5. Licet in Bulla Num. 3. allegata Sanct. Mem. Clemens XI. ne verbulo quidem ullam mentionem fecerit de Jure sepiendi Alumnos, ibi defunctos, tamen istud bene colligitur ex argumentis, Num. 12. usque ad 21. propositis. Et esto, quod alicui videri possit, verba, in hoc argumento ex Bulla modo dicta allegata, non esse intelligenda de Communicatione Privilegiorum cum Domibus ipsius Societatis, in quibus foli Nostris in Novitiatu, & Studiis exercentur, sed tantum de Communicatione Privilegiorum, que ex Apostolica gratia competunt aliis Collegiis, & Seminariis, ubi degunt Alumni externi; nam dicta Argumenta Num. 2. & seqq. relata, etiam de his procedunt, si regantur à Superioribus Societatis, & isti cohabitent Alumni eorum. Neque obstat, quod Convictus Ingolstadiensis, & Dilinganus non prætendant Jus sepeliendi; nam isti propriam Ecclesiam non habent. Consequenter de ipsis diversa est ratio.



## C O N S I L I U M XXXIII.

### In Causa prætendirender / und turbirter Steuer-Gerechtigkeit.

#### S U M M A R I U M.

1. 2. 3. Facti Species.
4. 5. Immunitatem à Tributis, quæ penduntur Principi in recognitionem supremi Dominii, non potest conferre Præscriptio: bene autem ab iis, quæ exiguntur pro expensis belli &c. n. 17. 18.
6. 19. Non est timenda turbatio, si cuique suum tribuitur.
7. Describi se patiens in Catastro, censetur renuntiisse Immunitati à Collectis: nisi probabilis error excusat, præsertim si tempore opportuno opponatur protestatio. n. 20.
8. Instrumentum privatum non quidem semper plenam fidem facit: bene tamen, si longo tempore observatum, atque eidem conformatus sint. n. 21.
9. & 22. In subeundis obligationibus ab exemplo non bene ducitur argumentum.
10. & seqq. Rationes decidendi.
- Jura bonis annexa transferuntur ad emptores & hæredes.
12. Si bona non descripta sint in Catastro, præsumitur Immunitas a præstatione Collectarum.
13. 14. Immunitas à Collectis acquiritur conuentudine & præscriptione:
15. 16. Præsartim si hæc sit immemorialis.
23. Colliguntur argumenta decisionis.
24. 25. Jus Collectandi in substrato Casu non fuit mutatum vi præscriptionis:
26. 27. 28. Quia deest legitimus titulus, bona fides, & requisitum tempus.
29. 30. Permissa etiam præscriptione competit, remedium restitutionis in integrum.

#### F A C T I S P E C I E S.

**L** S befindet sich in der Reichs-Ritterschaftlichen den en (Tiel) Herren Baronibus von SU. zugehörigen Herzschafft Hoven, ein sicherer hochbemeldter Freyherliche Familia eigenthümlich zustehender Hof

samt einem Feld-Lehen alda, welchen der ZEß B. Bestandweiss, und auf sein Leib bezieß. Dieser Hof sambt gemeldten Feld-Lehen, und dessen Eigenthum ist schon Anno 1616. den 23. Julii Besag bey Handen habenden Instrumenti Emptionis Venditionis von dem zeitlichen Herrn Prelaten, und Convente zu Cist. an Wehl. Herren Johann Georg von L. mit allen Ein- und Zugehörungen, Recht,